



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 87. Galliarum Rex devictus, captusque

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

bitrio subiectum tenebat, potentiam Sæcul. XVI.  
A.C. 1525.

### §. LXXXVII.

**Galliarum Rex devictus, catusque.**

Ceterum Rex inter suorum cadavera adhucdum gladium manu tenens strenue dimicabat, ubi vero per ultimas cædes fuga elabi contenderat, accurrebant nonnulli hostilis equitatus Belliduces, qui quidem Regem de facie haud novabant, ex armorum tamen splendore virum nobilitate primum suspicabantur; Mem. du  
Bellai l. 2.  
Ferron. in  
Francis. I.  
Ant. de Vera  
hist. Car. V.  
p. 110. unde fugientem pressius insequentes eum in quodam loco valde angusto deprehendunt, occisoque ejus equo Regem eodem ictu in terram projiciunt, non sine magno vitae suæ discrimine; nihilominus licet crure fauciis in pedes tamen sese erexit, ac ferme solus irruentibus restitit. Supervenit Pomeranus, qui Borbonii Ducem ab illo, quo hic mota rebellione e Galliæ regno discesserat, tempore constanter sequebatur: hic ergo Regem accessit, ac gladium stringens crebris ictibus milites cohibuit, qui Regem capturi turmatim accurrebant. Sub idem tempus Pomeranus Borbonium accersiri jussit, ut Franciscum Galliarum Regem captum exciperet. Ve-

L 1 4

rum

**Sacul. XVI** rum Rex indignatione in rabiem versa  
**A. C. 1525** palam contestabatur, se potius mortem  
 subiturum, quam gladium suum proditoris manibus traditurum, moxque ad  
 Pomeranum conversus eidem significavit, ut Lanoyum Neapolis Proregem ad-  
 esse juberet; huic enim soli libenter se  
 gladium suum traditurum asserebat.

## §. LXXXVIII.

*Rex porreto gladio sese Neapolis  
 Proregi captum tradit.*

*Steidam. in  
 Comm. l. 4.  
 p. 427.*

Lanoyus rupta omni mora accurrit, ac  
 sub venerationis specie quinquaginta omnino passus a loco, ubi detineba-  
 tur Rex, semotus equo descendit, quem  
 proprius adventantem Rex his verbis ita-  
 lo sermone allocutus, inquiebat: „ La-  
 „ noye, Domine mi, en gladium Regis  
 „ sua laude digni; priusquam enim il-  
 „ lum cedere coactus fui, eodem ferro  
 „ vestrum plures trucidavi, nec ob i-  
 „ gnaviam, sed sinistræ fortunæ inqui-  
 „ tam captus vestræ subjicior potesta-  
 „ ti, „ Lanoyus flexo poplite ac exhi-  
 „ bita reverentia gladium a Rege recepit,  
 ejusque dexteram exosculatus, suum  
 exemit gladium, eumque pari submis-  
 sione Regi tradidit, dixitque: „ Maje-  
 stas sua meum acceptet gladium, qui  
 plurium vestrum cruori pepercit; in-

*con-*